



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Agenda, Sev Ritvale Osnabrvgense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

De Processione ad petendam pluviam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

- Pag. 496.* Cælesti benedictione &c. ut supra. In quarto loco, versus plagam oppositam, modo supradicto: Dominus vobiscum; &c. Initium sancti Euangelii secundum Ioannem. Gloria &c. In principio erat Verbum &c. In fine: Per Euangeliæ &c. Per istos sermones sancti Euangelii, & merita ac intercessionem S. Ioannis &c. Vers. Ab omni malo. Resp. Libera nos Domine. Domine exaudi &c. Dominus vobiscum &c. Oremus. Omnipotens sempiterne Deus &c. In fine: Cælesti benedictione &c. Quibus omnibus finitis, iterum Ecclesiam ingreditur, Missam & reliqua Divina peracturus.

### De Proceßione ad petendam pluviam.

*Pag. 156.* **A**Guntur omnia, ut supra in Litaniis majoribus usque ad finem Litaniarum: in quarum precibus, post Vers. Ut fructus terræ &c. bis dicitur: Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris, Te rogamus audi nos. In fine postea dicitur, Pater noster, &c. secreto. Vers. Et ne nos inducas in temptationem. Resp. Sed libera nos à malo.

### Psalmus 146.

**L**Audate Dominum, quoniam bonus est psalmus: Deo nostro sit jucunda decoraque laudatio.

Ædi-

Ædificans Ierusalem Dominus : dispersio-  
nes Israëlis congregabit.

Qui sanat contritos corde : & alligat con-  
tritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum : &  
omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster , & magna virtus  
ejus : & sapientiæ ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus: humilians  
autem peccatores usque ad terram.

Præcinite Domino in confessione: psallite  
Deo nostro in cithara.

Qui operit cælum nubibus: & parat terræ  
pluviam.

Qui producit in montibus fœnum: & her-  
bam servituti hominum.

Qui dat jumentis escam ipsorum: & pullis  
corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem ha-  
bebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes  
eum : & in eis , qui sperant super misericor-  
dia ejus.

Gloria Patri, &c.

Quo finito, dicantur preces. Vers. Operi, Domi-  
ne, cælum nubibus. Resp. Et para terræ plu-  
viam. Vers. Ut producat in montibus fœnum.

R 111 2

Resp.

*Resp.* Et herbam servituti hominum. *Vers.* Ri-  
ga montes de superioribus tuis. *Resp.* Et de  
fructu operum tuorum satiabitur terra. *Vers.*  
Domine , exaudi orationem meam. *Resp.* Et  
clamor meus ad te veniat. *Vers.* Dominus  
vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

## Oremus.

**D**EUS, in quo vivimus , movemur, & su-  
mus ; pluviam nobis tribue congruen-  
tem , ut , præsentibus auxiliis sufficienter  
adjuti, sempiterna fiducialius appetamus.

*Oratio.*

**P**RÆSTA, quæsumus omnipotens Deus , ut,  
qui in afflictione nostra de tuâ pietate  
confidimus , contra adversa omnia , tua sem-  
per protectione, muniamur.

*Oratio.*

**D**A nobis , quæsumus Domine , pluviam  
salutarem, & aridam terræ faciem fluen-  
tis cælestibus dignanter infunde. Per Domi-  
num nostrum.

*Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spi-  
ritu tuo. *Vers.* Benedicamus Domino. *Resp.*  
Deo gratias. *Vers.* Exaudiat nos omnipotens  
& misericors Dominus. *Resp.* Amen. *Vers.* Fi-  
delium animæ per misericordiam Dei re-  
quiescant in pace. *Resp.* Amen.

Pro-